

1510. u. 5. Novembris.

Sigism: 1. Rex Polon: Castellano Cra-
coviensi

239

Apparet ex Lris Vudam Valachie in metu
epi a Tartaris, capere eum tamen ullisci il-
los ob eam cladem, quam illi ejus dominio in-
tulerunt, quemadmodum id cognoscat Tua Sinceritas
ex Copia ejus Lrarum ad nos Scriptarum.
Petitque a nobis, ut Leopolim veniamus. Ne-
cessarium igitur erit bene deliberare; an pacem
a Tartaro oblatam et obsidibus firmandam sus-
cipere? an conjunctis cum Valacho viribus vin-
dictas in Tartaros operam dare? super quo tua
Sinceritas diligenter secum deliberet, et utrum hor-
um suscipiendum sit, nobis declaret. Oratores
Sui ad nos veniunt, fortassis ob eam rem, ut
Nos in hos hostes exitent. Datum Cra-
covie u. 5. Novembris. 1510.

Tartaria Valachia

Handwritten text in a cursive script, appearing to be a letter or document. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. It contains several lines of text, including what appears to be a date and a signature at the bottom.

